M0009904: Nuremberg Chronicle: the garden of Eden and the birth of Eve

Publication/Creation

March 1947

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/j2ptrpff

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Prima etas mundi ab Adã vſqꝫ ad diluuiũ habet ſm Hebreos ãnos 1656. ſm ſeptuaginta interpretes Yſidorus et plures alios quorum numerus in etatibus conſequẽter ponitur habuit annos. 2242.

Summa bonitas volens cõmunicare ſuum bonũ et alijs fecit creaturam rationalem q̃ ſummũ bonũ intelligeret: intelligẽdo amaret: amãdo poſſideret: poſſidẽdo beata eẽt. Fecit deus aũt primũ hoĩeꝫ formãdo corpus eius q miniſterium angelorum de limo terre ĩ agro damaſceno et inſpirauit ĩ faciẽ eius ſpiraculum vite: hoc ẽ aĩam creauit: quas corpori facto vnivit. Factus aũt ẽ homo ad ymaginẽ dei in naturalibus et ad ſilitudinem in gratuitis. Ecce dñs mirabili pſudit gr̃a. Cũ ergo marẽ ad ſilitudinẽ ſuã primus fuĩſſet: tũ etiã feminaꝫ ɔfigurauit adaptius hoĩs effigiem vt duo inter ſe pmixtum ſexus ppagare ſobolem poſſent: et omnẽ terrã multitudine opplere.

Formatis aĩantibus terre et volatilibus adduxit ad Adã vt videret ea: cũ adã nõ inueniret adiutorẽ ſimilem ſibi. immiſit dñs ſoporẽ in Adã et tulit vnã de coſtis eius: replẽs carnẽ p ea: et edificauit in mulierẽ. Quã adã vidẽs dixit: hoc nũc os de oſſibus meis h vocabitur Yſſa quod latine mulier interptatur: q de viro ſũpta ẽ. Factũ igit adã deus in padiſum tranſtulit: et ibi de coſta dormientis Euã pduxit: ſibiqꝫ ſocialẽ formauit: Nã nõ fecit de capite ne viro dñaret: nõ de pede viri ne pcẽneret: ſꝫ de latere vt amoris vinculũ pbaret: et etiã vt nõ loci generis nobilitate: ſꝫ virtute vnuſquiſqꝫ ſibi cõpararet gr̃am. Nõ extra padiſum vir factus ẽ: mulier vero itra paradiſũ. Creatꝰ deniqꝫ extra padiſũ h eſt ĩ inferiori loco vir factus melior inuenit p Eua q̃ in padiſo facta fuit. Adã igit pthoplaſtũ primũ hoĩem ſummus oĩm rerum fabricator deus ſexto die ſeclo quinta et viceſima marcij beſtijs terre creatis cũctiſqꝫ reptilibus et volucribus de limo terre rubeo ĩ agro damaſceno tãqꝫ creaturaꝫ omnium finẽ et poſſeſſorẽ finxit.



Cumqꝫ ſuggerente diabolo in forma ſerpentis pthoparẽtes mandatum dei trãſgreſſi fuiſſent: maledixit eis deus: et ait ſerpenti. Maledictus eris inter omnia animãtia et beſtias terre: ſuper pectus tuum gradieris: et terram comedes cunctis diebus vite tue. Mulieri quoqꝫ dixit. Multiplicabo erũnas tuas: et cõceptus tuos: in dolore paries filios et ſb viri poteſtate eris: et ipſe domiabitur tibi. Ade vo dixit Maledicta terra in opere tuo ĩ laboribus comedes ex ea: ſpinas et tribulos germinabit tibi: in ſudore vultus tui veſceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua ſumptus es. Et cũ feciſſet eis deus tunicas pelliceas eiecit eos de paradiſo collocans ante illum cherubin cum flammeo gladio: vt viam ligni vite cuſtodiat.

Adam primus homo formatus de limo terre triginta annorũ apparens impoſito nomine Eua vxori ſue. Cum de fructu ligni vetiti oblato ab vxore ſua comediſſet: eiecti ſunt de paradiſo voluptatis: in terram maledictionis vt iuxta imprecationes domini dei. Adã in ſudore vultus ſui operaretur terram: et pane ſuo veſceretur. Eua quoqꝫ in erũnis viueret filios quoqꝫ pareret in dolore. quam incompabili ſplendore decorauit. eã felicitatis ſue mundus hoſtis decepit: eã leuitate feminea fructus arboris temerario auſu deguſtauit: et virũ ſuũ in ſentẽtiam ſuam traxit. Deinde perizomatibus foliorũ ſuſceptis et deliciarũ orto in agro ebron vna cum viro pulſa exul venit. Tandem eius partus dolores ſepius experta fuiſſet eius laboribus in ſenũ et tandẽ in mortẽ ſibi a domino predictã deuenit.